

LECTIONES
IN
ACADEMIA
FRIDERICIANA
PUBLICÆ ET PRIVATIM
PER AESTATEM 1782.

HABENDÆ.



BUETZOVII
EX OFFICINA FRITZIANA.



LECTIONES THEOLOGORUM.

D. CHRISTIANUS ALBERTUS DOEDERLEIN , SS. Th. P.P.O. & Consistorii Duc. Consil. adjuvante divina gratia PRÆ-LECTIONES THEOLOGIÆ DOGMAT. propediem absol-
vendas denuo capesset, & partem alteram THEOLOGIÆ MO-
RALIS absolver, præleget insuper HISTORIAM ECCLESIAE
CHRIST. ANTIQUAM.

D. FRIDERICUS MAXIMILIANUS MAURITII, Con-
sift. Duc. Conf. & S. S. Theol. P. P. O. per semestre aestiuum DEO
adiuvante docebit *Theologiam Dogmaticam*, in explicandis epi-
stolis Pauli perget, & præcepta tam *Homiletica* quam *Cateche-
tica* tradet, quibus adiungentur *exercitationes* ad acquirendum
habitum eas regulas in usum transferendi proficuae.

D. IOH. PETR. ANDR. MÜLLER, S. S. Theol. P. P. E.
1) *Librorum Noxi Testamenti omnium explicationem* instaurabit,
biennii fere spatio bono cum Deo absoluendam: per hanc itaque

z statem in *Euangelii Marthei, Marci ac Luce* interpretandis operam ponet, ita quidem, ut ex iis nihil facile in hiemem relinquatur; 2) *præcepta homiletica* tradet i. e. de optima ratione ac uia docendi publice religionem Christianam populi differet, usurus ad hanc rem S. V. Rehkopff libello Grundriß einer Homiletik für seine Zuhörer. Halle und Helmstädt 1774. Quæ ubi rite exposita fuerint præcepta, postmodum uel in ipsa praxi homiletica non abhorrebit exercere eos, quos iuuabit censori commentationes suas submittere.

IURE CONSULTORUM.

IO. MATTH. MARTINI, I. V. D. & P.P.O. nec non S. D. R.
a consiliis iustitiae

Prælectiones offert sequentes proximo semestri absolvendas
1) in Digesta Bochmeri, vel si magis Auditoribus placet,
Hellfeldtii.

2) in historiam patriam.

3) in ius mecklenburgicum civile.

Quarum initium suo tempore indicabit loco consveto.

EOB. TOZIVS, Iur. Publ. Prof. O. & Sereniss. Duc. Consil.
Iust. Ius Publicum Imperii R.G. pertractabit secundum Institutiones III. PÜTTERI. Hora his prælectionibus destinata est XI.

IOANNES IACOBUS PREHN, I. V. D. & P.P.O. per instans semestre aestiuum sequentes Commissionibus suis Honoriſſimis aperiet Scholas:

Publicē Diebus Mercurii & Saturni *Iuspriuatum Principum*
duce **IO. STEPH. PÜTTERO** tradet, nec non ad exercitationes disputatorias paratus erit.

Priuatim 1) *Ius feudale Longobardicum* praeante **GE. LUD. BOEHMERO** exponet.

2) *Ius Canonicum* secundum **EIUSDEM princip. iur. Canon.**

*non. praesertim iur. ecclesiast. publ. & priuati, quod per
German. obtinet, interp. etabitur.*

- 3) *Ius Germanicum priuatum ad ductum element. iur. ger-
man. priuati hodierni IO. HENR. CHRIST. de SEL-
CHOW docebit, &*
 - 4) *Institutiones iuris civilis ad filum compendii Heinecciani
a LUD. IUL. FR. HOEPFNERO editi explicabit.*
- Horas lectionumque initium suo tempore in tabula publica
indicabit.

MEDICORUM.

GEORG. CHRISTOPH. DETHARDING, Facultatis Medicarum
Senior, Publicas Prælectiones destinabit Methodo formulas sic
dictas medicas rite concinnandi. Privatam operam in tradenda
manuductione ad Praxin clinicam collocaturus.

D. AUGUSTUS SCHAARSCHMIDT, P. P. O. & *Consil.*
Aulicus Ducalis

Physiologiam Hallerianam docere inchoabit & Chirurgiam
medicam ad ductum Cel. Dn. Pallas explicabit.

Auf Herzogl. Special-Befehl wird er auch in den Vormittags-
Stunden von 10, 12, wie bisher, die Frauens.-Personen,
die ihm zugesandt werden, in der Hebammen-Kunst unterrichten.

D. PETRUS LUDOLPHUS SPANGENBERG, P. P. O.
Sereniss. Duc. Regn. Archiater & Consiliarius Aulicus Præle-
tionibus materiarum sic dictarum medicarum, præcunte b. Vogelio, omni-
qua par est, fide, dexteritateque vacabit: quin & privatissi-
mam operam, in aliis artis salutaris partibus, libens desideratu-
ris sacrabit.

PHILOSOPHORUM.

ANG. IO. DAN. AEPINUS, Philos. P. P. O. & SERENISS.
DUC. a Consil. Cancellar. Secretior. ob negotia clementissime
* 3 sibi

sibi demandata absens, hoc semestri laboribus academicis vacare adhuc impeditur, ad quos tamen mox redibit.

EOB. TOZIVS, Serenissimo Duci a Consil. Iust. & Hist. Prof. P. O. hora X. historiam recentioris temporis, & praecipue res memoria dignas ab anno 1440. ad praesens vsque tempus in Europa gestas enarrabit ad filum libri a Viro Clarissimo IO. GE. BÜSCHIO, Prof. Hamb. nuper editi: *Grundriss einer Geschichte der merkwürdigsten Welthändel neuerer Zeit.*

OLAVS GERHARDVS TYCHSEN, LL. OO. P. P. O. Bibliothecae Publ. Praefectus, & SER. DVCI REGN. a consiliis Aulae, semestri hoc aestivo b. c. D.

Rudimenta linguarum orientalium, iuncta praxi, a capite arcesset, & lectiones cursorias in Vetus Test. continuabit. Præterea historiam litterariam & diplomaticam orientalem, nec non criticam sacram, qua disciplinæ sanctioris cultores ad altiora tendentes prorsus carere non possunt, Volentibus lubenti animo tradet.

M. SAMUEL SIMÓN WITTE, Seren. Duc. Regn. a Consiliis Aulae, Jur. N. & G. Prof. P. O. hoc semestri aestivo horis tempestive e valvis publicis indicandis *Logicam* & *Metaphysicam* e brevario Federiano; ac *Ethicam philosophicam* e compendio Darjesiano docebit; *Jus Naturae universum* autem duce Illustr. Hoepfnero interpretabitur. Nec iis deerit, qui *Aestheticam* doceri forsitan velint.

D. IOH. PETR. ANDR. MÜLLER, Philos. P. P. O. 1) *Logicam* e suo compendio docebit: 2) *Xenophontis Apologiam Socratis* tam analytica quam exegetica trajectione exponet, ne cui desit apud nos uel ipsa Græcæ linguæ rudimenta curatius ponendi occasio. Extat hæc Apologia in Io. Aug. Bachii Σεροφωντες τιοι, quæ quidem sunt *Oeconomicus*, *Apologia Socratis*, *Symposium*,

suum, Hiero, Agesilaus, modico uolumine 8. comprehensa, edito Lipsiæ 1749. & dehinc repetito: 3) Inuitatos ad exercitaciones disputatorias uult eos etiam, qui quanquam satis latine docti, nullum tamen adhuc usum loquendi habent. Nec est, quod quisquam refugiat aliorum iudicia, ubi hoc agitur, ut discamus, quæ si quis iam habeat uel ipso usu percepta, non sit, cur in disciplinam sese permittat. Tum uero ne licebit quidem ad has congressiones nostras commeare, nisi iis, qui nomina dederint, & sunt in promtu mihi olim deliberatae ac probatae leges, eæque unanimi societatis consensu stabiliendæ, quibus seuere coercentur non cachinni tantum immodi, sed etiam suauiter subridentium ad aliorum sphalmata uultus & susurri.

M. P. I. HECKER, Mathes. P. P. O. 1) prælectiones in mathesin applicatam, itemque in analysin tam finitorum quam infinitorum continuabit & finiet. 2) Mathesin puram, in Segneri elem. arith. geom. & trigon. commentaturus, tradet. 3) Physices ea in primis capita explicabit, quorum in mathesi applicata nulla fit mentio; præsertim vberius aget de electricitate & meteoris, ad ductum compendii Beckmanniani.

M. FRANCISCUS CHRISTIANUS LAURENTIUS KARSTEN, per sequens semestre aestiuum priuatim Matheseos præcise & applicatae partes e Compendio a fratre edito: Auszug aus den Anfangsgründen und dem Lehrbegrif der gesamten Mathematik, tradet; porro docebit ille agrorum & siluarum culturam, & quidem illorum ad ductum compendii III. BECKMANNI Grundsäze der deutschen Landwirtschaft harum uero praeceunte Perill. a STUBENRAUCH Anfangsgründe der Forstwissenschaft. Publice denique offert cupidis Collegium examinatorium & elaboratorio practicum Mathematicum. Horas e tabulis indicabit publicis.

DOCTO-

DOCTORUM PRIVATORUM.

D. FRIED. WILH. STAVENHAGEN, per instans semestre aestiuum praelectiones in Pandectas offert, praeeunte Boehmero in notissima introductione in ius Digestorum. Deinde traditurus est historiam iuris, duce Walchio, im Grundriss der Geschichte der in Deutschland geltenden bürgerlichen Rechte, Gena 1780. Si qui etiam sint, qui opera ipsius in Encyclopaedia iuris iuxta Schottium explicanda, aut manuductione ad praxin, tam iudicialem quam extraiudicialem, vti desiderabunt, his studium itidem & industriam pollicetur. Horas indicabit ex tabula.

IOACHIMUS HENRICUS LUDEWIG, L. A. L. P. & I. U. Cand. finitis quibus per hibernum semestre operam dedit institutionibus, lectiones suas in *Litteraturam Anglicanam*, si Commititones in hac lingua satis versati cupient, continuabit, nec iis, qui *Belgicam* funditus discere optant, deerit; atque ex speciali Amplissimae Facultatis Philosophicae concessione *Hispaniam Universalem* docebit, horasque e tabula publica indicabit.

* * *
LUDOV. ARENAUD DE LA LANDE, linguae gallicae Magister linguam suam nonsolum docebit, sed eam etiam ad scribendi loquendique usum traducet.

* * *
Qui praeterea corporis exercitiis operam dare cupiunt, magistros quoque habent, artium eo pertinentium peritisimos.

P. P. BUETZOVII ante Festum Paschatos 1782.